MONUMENTA
GERMANIAE

cum occurrisset iuxta quoddam flumen, subito
Ezelinus cum suo exercitu Pela~~vicini~~ cini a) exercitui
iunctus est. Simulque flumen Olei transeuntes
hostes suos in fugam verterunt capientes lega-
tum cum multa popoli b) quantitate. Qui vero
ad custodiam manserant civitatis, terrore tyr-
rannorum territi protinus eis civitatem tradide-
runt. S(ed) c) hec tyrannis affuit causa desidii,
dum enim superbia Ezelini parem non sustinet,
Pelavicinum a dominio Brixie paulatim repellit
et in fine totaliter excludit. Proinde suadente
prudente viro, Bosone de Donaria cive Cremo-
nensi, Pelavicinus et Cremonenses relicto Ezelino,
a quo pluries offensi fuerant, cum marchione
Estensi et Mantuanis se ligant, tuncque inpla-+
cabilis discordia Mediolanensium et Acrimo-
nensium d) sedata est. MCCLXX Gibilini quoque e)
de Turri pulsi mediante Ottobono card(inale)
Manfredo sociantur, Pisana quoque e) civitas et
Senensis cum eo tenebant. Eodem anno rex
Anglie suorum consilio regis Francie f) remittit
omne ibi quod habebat in comitatibus Ande-
gavie, Turonie et + Pictavie g); rex autem h)
Francie dedit ei magnam pecuniam reci-
piens eum in fidelem i) et unum de XII paribus

a) sic C.
b) pplī C
c) Sz C + hᵒ C.
+ p. 2. T. durch Loch zerstört.
d) acmonensium C. bz. Cremonensium?
e) quo / C
f) fraē C
+ f 265 verso col 1. Am Rande rechts oben schwarz: X pars XI pars, XII pars, XIII pars.
g) pictaū C.
h) a' C
i) cum infidele C